



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.6. Vis contra Abbatissam adhibita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

suas, & aliæ ad Monasteria, in quibus ^{Sæculum VI.}
 prius fuerant. Pauca cum Chrodielta ^{A. C. 590.}
 & Basilia remansere, & ipsæ inter se a-
 nimis divisæ; quippe Chrodielta domi-
 nari cupiebat, Basilia vero, æque ac illa
 Regibus orta, ei obedire detestabat.

§. VI.

Vis contra Abbatissam adhibita.

Anno sequente 590. nunquam non sce- ^{Greg. X. c. 15}
 leratorum hominum turmis stipata
 Chrodielta iussit, ut noctu in Monaste-
 rium S. Crucis aditum vi sibi pateface-
 rent, & Leuboveram Abbatissam rape-
 rent. Illa appropinquantium strepitu
 excitata, cum podagra impediretur, ne
 incedere posset, se in Ecclesiam ante
 Sanctæ Crucis arculam deferri præcepit.
 Prædones cum face & armis ingressi, in
 omnibus angulis quæsitam tandem re-
 periunt; cumque unus jacentem gladio
 transverberare pararet, a socio confos-
 sus subito collapsus est. Interim Prio-
 rissa sororibus aliis auxilium præbenti-
 bus facem extinxit, & Abbatissam de-
 tracto ex Altari velo contextit. Igitur
 in tenebris Sicarii loco Abbatissæ Prio-
 rissam corripunt, & ad S. Hilarium de-
 ferre cœperunt; verum, cum illucesce-
 ret, videntes se errasse, trepidam ad suum
 Monasterium dimittunt. Ipsi quoque
 illo redeunt, & comprehensam Abbatis-
 fam

Sæculum VI. iam prope S. Hilarium in loco, quo Be
 A. C. 590. filia versabatur, in carcerem mittuntur

Greg. X. Nocte sequente Monasterium S. Crucis
hist. c. 23. & diripuerunt, nulla re, nisi quæ auferri
 i. Mart. c. 63 non poterat, ibi relicta.

Hoc anno 590. Episcoporum Gallia
 de Die Paschali diversa fuit Sententia
 Plurimi illorum observantes Cyclum Ve
 ttoris Pascha celebrarunt septimo Cal
 April. decimo quinto Lunæ id est 25
 Martii. Alii vero die secundo Aprilis &
 22. Lunæ, timentes, ne Pascha cum Ju
 dæis celebrarent, si illud decimo quinto
 die in plenilunio agerent. Festo appro
 pinquante, quod post diem septimum fu
 turum erat, Meroveus Episcopus ad Chro
 dieldam misit, qui referrent; nisi ipsa
 Abbatissam redderet, se Pascha non ce
 lebraturum, & Catechumenorum nemi
 nem in Civitate Pictaviensi baptizan
 dum. Jussitque, ut adderent; *Et si
 non movearis, colligam cives, qui capti
 vam liberent.* Chrodielda nullo dato
 responso advocavit Sicarios, quibus im
 peravit, ut Abbatissam interficerent
 quamprimum cives ad eam liberandam
 quidquam moverent. Illo tempore Fla
 vianus, qui Domestici † munere fung
 batur, Pictavium adveniens, sua indu
 stria effecit, ut Abbatissa in Ecclesia
 S. Hilarii confugere potuerit. Sed ne
 dum erat Seditio finis, nam ante
 psum

(† nempe
 apud Regem)

psum S. Radegundis Sepulchrum & Ar-Sæculum VI.
cam, in qua S. Crux servabatur, cædes A.C. 590.
committebantur.

Tandem Childebertus Rex ad Regem Guntramum misit, qui rogarent, ut Episcopi utriusque Regni ad removenda hæc scandala secundum Canones congregarentur. Præcepit Childebertus, ut Gregorius Turonensis cum Ebrégisilo Coloniensi, & Meroveo Pictaviensi Concilio interessent. Guntramus quoque jussit, ut Gundegisilus Burdegalensis cum suis Suffraganeis veniret. Verum Gregorius Turonensis declaravit, non venturos Episcopos, nisi postquam seditiosorum temeritas viribus Potestatis Sæcularis oppressa fuisset. Igitur Comes Pictaviensis, acceptis mandatis, seditiosos oppugnare cœpit. E Monasterio S. Crucis abstracti diversis suppliciis tolluntur. Aliis manus, aliis nares, quibusdam aures abscissæ.

§. VII.

Concilium Pictaviense.

Seditione extincta, Episcopi congregati in suggestu Ecclesiæ confederunt, & tunc Chrodielta plura Accusationis Capita contra Abbatissam protulit, quorum primum erat, ipsam inter famulas suas alere virum sub muliebri vestitu, eumque digito monstravit, nam præsens aderat.